

# COROLLARIA.

1. *Mixtio quatuor elementorum quæ vulgo concipitur, est impossibilis.*
2. *Calidum etiam nativum & humidum primogenum, prout apud omnes ferè admittitur, rejicimus.*
3. *Calorem per sese nullum morbum, ac per consequens nec febrim si augeatur producere, cum Hippocr. statuimus.*
4. *Nos, si mente careremus, corpore valentiores & saniores futuros esse, affirmare nulli dubitamus, ideoque bruta animantia, quia mentis expertia sunt, rarissime morbo corripi.*
5. *Ac proinde Medicum in praxi etiam accuratè attendere debere, quid mens, quid corpus ad morbum faciat, concludimus.*
6. *Probabilius esse videtur lactis materiam potius chylum esse quam sanguinem.*
7. *Non sine ratione glandula pinealis aptissima mentis sedes esse dicitur.*
8. *Ventriculi cerebri in homine sano spiritus animales necessario continent.*

F I N I S.

COROL